

226
E 75

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

~~10.K I:175 bis~~
226 E 75
NKr. 301

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

Declamatio Philippi Beroaldi de tribus fratribus: ebrioſo: ſcortatore: et aleone non minus vtilis quam iucunda

¶ Diſtichon ad lectorim.

Dulcis ephebe tibi placeat labor hic Beroaldi
Ne te corrumpant, ocia, vina, Venus,

¶ Joānis Murmellij ad iuuētutē tetraſtichō

Si cupis ad verum decus aſpirare iuuentus
Et ſuperum recta limen adire via,
Sit procul ebrietas, pręceps procul alea, ceci
Ne iaculis pueri percutiare caue,



KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

¶ Ad venerabilem et eruditum Sigiſmundum Gollingerũ Eccleſię Wratiſlauienſis Canonicum Philippi Beroaldi Bononienſis Epiſtola. .;. .I.

Citi elegantiſq; conuiuatoris eſt, non tã apparatu ferculorũ inſtruere, ꝙ lepiditate fabulatorum hilarare conuiuium. Queſtiones aũt conuiuales eſſe debent, neq; nodoſę, neq; auſterę, ſed iocundę et inuitabiles ſuper rebus ad communem vſum vitę pertinẽtibus, cum quadam facilitatis illecebra. Quibus ingenia cõuiuarum venuſtiora fiant. Et quodam quaſi incitabulo foueãtur, quod ſane genus veteres adeo probarunt, vt de conuiualibus queſtionibus Ariſtoteles, et Plutarchus et Apuleius noſter volumia cõſcripſerint, vt Aſellius Sabinus dialogũ feſtiuiſſimum condiderit, In quo Boleti et ficedulę et oſtreę et turdi, ſuper principatu ganeę certamen inducitur. Ex hoc genere ludicrarũ queſtionum (nimirum) illa tua eſt, Sigiſmunde mi amabiliſſime, quã mihi diſſoluendã propoſuiſti. Scribis enĩ ad me in epiſtola eloq̃nter elegãterq; cõſcripta ortã eſſe apud te inter cocpulones atq; comprãſores tuos Ludicram, et vere conuiualem diſputationẽ, videlicet quis fedior, nequior ve ſit habendus, meretricarius an aleator, an temulentus, quod deniq; ex his tribus vitijs ſit culpatiſſimum, Conſulis me, adhibes preces, vt libello tibi explicem, quid ſuper hac re ſentiam. Et tanq̃ honoratius arbiter controuerſiam hãc ipſe diiudicem, Ego qui libentiſſime morẽ gero id genus hominibus, quibus dare beneficium eſt accipere, ſumpto calamo hanc ioculatoriam diſputatõẽ explicaui ſtilo declamatorio planeq; ſcholaſtico Itaq; cum credidi rem planius lucidius manifeſtius liquere poſſe, ſi hoc charactere explicaretur Ceterũ quia ſocraticum eſt et academicũ nihil affirmare, ego nihil decerno vt dogmatiſtes, verũ vt opinator. Id o

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

pinor et probo quod in vltimo poſitum leges, ſic Varro, ſic cęteri in
extremo collocant, quod maxime probant. Et cū ſuum cuiqꝫ iudici-
um, ſua ſententia ſit, ſequatur vnuſquiſqꝫ quod maxime probabile ex
iſtimabit. Ego vero quicquid id eſt libelli tibi nuncupatim dono, di
coqꝫ Sigiſmunde Goſſinger non minus eruditione et nobilitate qꝫ
religione monſtrabilis, qui vt eloquentię cultū (ſine qua homo to-
tus incultꝰ) caperes, vti ingenuas diſciplinas haurires, vt barbariē
exueres, venisti non pridem in Italiam, fuiſti Romę aliquot annos
vigilantiſſimus Romanę academiae cultor. vbi eloquentia latialis
nata educataqꝫ eſt, vnde tu ſuffarcinatus auro et argento hoc eſt elo-
quio et doctrina. in patriam remigraſti, non ſolum canonicatu dig-
niſſimus, ſed et epiſcopatu. vbi ſtudia humanitatis repaſtinans in
dies cultior, honoratior extiſtis. Gaudeo ꝙ commentarios meos cū
primis probas et quęcunqꝫ ex incude noſtra litteratoria formata cu-
ſaqꝫ circumferuntur, habes continenter in manibus, quę cum tu
plerięqꝫ omnes tui ſimiles probent, idqꝫ mihi per epiſtolas quotidie
ſignificent, facile adducor vt credam non eſſe inuenuſtiſſima Et (vt
gręce dicitur) Amuſotata, quę tantorum virorum iudicio compro
bantur. Nec enim credibile eſt tam multos aut aſſentari aut falli.
Itaqꝫ mihi blandior, et hoc inuitamento illectus Commentarios
Apuleianos ſubſiciuis temporibus produco. Texitur opus ſane lu-
culenter, et intra duos ad ſummū ſeſquimenſes abſoluti, edolati, im
preſſi, in publicum progredientur, quorum tu quoqꝫ fies particeps
Interim accipe libellum hunc quem expetiſti. ioculatoria diſputati-
one feſtiuum lepidula eruditione inuitabilem declamatorio filo con
textum, quem ſuadeo, aut ſuper cenā legas, aut poſt cenam, ſic enim
(opinor) faciet ad ſtomachum, cū matutino et ſobrio ſeria atqꝫ auſte
ra conueniant, quicquid id eſt letus cape, et libellū hilaritudinis ple-
num hilari fronte ſuſcipito. Vale et amicitiam cole

Philippi Geroaldi de tribus fratribꝰ

Argumentum

Pater qui tres filios habebat, vnuz ſcortatorem, Alterum aleatorem, Tertium ebrioſu, ꝫ moriens in teſtamēto ita ſcripſit Ex filijs meis turpioꝛ vitioſioꝛq; exheres eſto Poſt mortem patris contendunt fratres quiſnam exheredatus eſſe dicatur. Res agitur apd̓ iudices ꝑ quādam quaſi anticategoꝛiam hoc eſt mutuam accuſationem, quam quidam concertatiuam nuncupāt in pleriſq; cōtrouerſijs priſci declamatoꝛes vti conſueuerunt perſona aduocati. propter aliquam ipſius qui cauſam dicit deformitatem ꝛ vitiū turpitudinem Hic quanq; perſonę fratrū inhoneſtę ſint ꝛ turpes, vt illis pꝛo ſe loqui nefas eſſe debuerit. Ego tamen exiſtimaui totam cauſam planius explicari et vehementius agi poſſe, ſi ipſi ſemet mutuis criminationibus pulſarent, q̄ ſi per aduocatum res agereť. Primas partes ebrioſo dedi, vt contra duos vnus dicat, vt mox vnus a duobus retaxetur. Cōditio huiuſcę cauſę illa eſt, vt ꝓ ſua quiſq; ſalute ſollicitus nihil de pꝛoximo cogitet Lectoꝛ atten de Letaberis

Ebrioſus contra Scortatoꝛem et Aleatoꝛem

n

Non ignoꝛo iudices quāto onere cauſa noſtra pꝛematur ex hoc parentis elogio, pꝛopter quod fit vt ſoꝛdes noſtrę inuulgentur vt pꝛobꝛa noſtra in pꝛopatulo conſpiciātur Et (quod maxime cauendum fuerat) vt accuſatiōe mutua frater inuehi cogatur in fratres. Sed qui ſemel labe vitioſitatis infectus ſequeſtrato pudoꝛe frontem perfricuit, qui famę contemptoꝛ eſt, non tam infamiam veretur q̄ famem timet. Creditq; pꝛouerbio greco clamitanti miſerrimum eſſe fame moꝛi. Et quod paraſitꝰ ille Plautinus dixit, putat eſſe veriſſimum miſerrimus eſt, qui cum eſſe cupit, quod edat non habet, pꝛoin de iudices ne ego eſuritione tabeſcam, ſi exheredatus a patre ſententia veſtra pꝛonūcier, ne int̓ mē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

Declamatio

dicos ſedens manum ad ſtipez porrigē cogar, agā hodierno die cau-
ſam meā aduerſus duos fratres, et potētiſſimis argumētis demon-
ſtrabo, vel alterꝫ, vel vtrunqꝫ nimirꝫ eſſe quē exheredatū eſſe, voluerit
Quāuis mihi ſatis ſuperqꝫ eſſe debuiſſet ad exheredationē effugien
dam vos edocuiſſe alterum ex fratribus eſſe qꝫ me ſordidiorē perdi-
tiorēqꝫ Uerꝫ vt res magis colli queſcat, ſeparatiꝫ atqꝫ diuiſim vtrūqꝫ
inceſſere mihi in animo eſt, vt poſt explicatas vniꝰ ſordes, alterius qꝫ
maculoſam vitā inſectāter inuadā. Quanqꝫ non me preterit, quam
ſanctum ſit nomen fraternitatis, quam arcta fratrum cōiunctio, qꝫ
frater diligēdus vtpote quaſi fere alter dictus. Sed mihi non tam
fraternitas hoc tempore colenda eſt, qꝫ mendicitas cauenda. Uerꝫ
eſt profecto illud verbuꝫ vetꝰ. Omēs ſibi melius eſſe malle qꝫ alteri,
quiſqꝫ ſibi proximꝰ eſt, et tunica pallio propior. Ceterum ne longiore
qꝫ par ſit exordio vos morer. Jā controuerſiaꝫ ipām ex teſtamēto pa
terno deriuatā queſo diſpicite. Jubet pater euꝫ ex nobis exheredatuꝫ
eſſe, qui ſit vitioſior, qs nō intelligit: qs nō videt: ſiue verba ſiue vo-
luntatē ſcriptoris intueri libeat, ſcortatorē deſignari, quo vitioſior
nullus exiſtit. Teſtamētuꝫ potētiſſimū eſt. Ultima defuncti volū-
tas rata eſſe debet, hec vobis ſpectāda ē, ad hāc periñ ac ſcopon ſnīa
veſtra dirigenda. Ait pater, vitioſior ex filijs exheres eſto. Scio me
bibacē eſſe, et vini cupidiſſimuꝫ Sed hoc (ſi vitiū eſt) lōge profecto
minus eſt qꝫ fraterna ſcortatio, labeſqꝫ meretricaria Nā vt prius cuꝫ
amatore meretricis agā, quid pt fedius eſſe: qd vitioſius: qꝫ amore
meretriculę turpiſſimo torqueri et inſanire, inter ſcorta nō taꝫ dege-
re qꝫ deliteſcere, Ubi patrimoniū fameqꝫ diſpēdiuꝫ fiat, vbi ex libero
ſeruꝰ euadas ſiſqꝫ ſeruituti indigniſſime mācipatus. omis ſeruitꝰ ho
mini ingenuo et liberaliter educato intolerāda eſt, ille vero vltroneā
ſubit ſeruitutē et eā quidez indigniſſimā qui meretricarijs pedicis
implicat, cui mulier impat, cui leges imponit, pſcribit, iubet, qui ni-
hil imperāti negare pt, nihil audet recuſare, poſcit, dādum eſt, vocat
venien duꝫ, eijcit abeun duꝫ, minat extimeſcenduꝫ. Duo añ oīa ſunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

Philippi Beroaldi de tribus fratrib⁹

quę mortales magnipendunt fama et opes. Quid eñ per deos im
mortales mortalibus contingere pt illustri⁹ q̄ꝫ nois ſplendor, q̄ꝫ glo
ria. Cuius cauſa tot erumnę, tot ſudores, tot vigilię, vltro ſubeuntur
ac tolerãtur, vt non immerito cecinerit Ualeri⁹ Flaccus, Tu ſola a
nimos mentẽqꝫ peruris gloria. Ut veriſſimuz ſit illð Solomonis
Melius eſt nomẽ bonũ q̄ꝫ diuitię multę, preterea q̇d vtilius: quid
dulcius: q̇d beati⁹: q̄ꝫ opulentũ patrimoniuz, q̄ꝫ diuitię luculentę.
Quaꝝ cauſa impiger extremos currit mercator ad Indos, ꝓpter q̄s
vita mortaliũ facta eſt laborioſa ⁊ irrequieta. Sunt pleriqꝫ q̇ mortez
potiorez q̄ꝫ egeſtatẽ putent, q̇bus intollerabilis videaꝛ nuda illa vita
et omnibus quibuſcunqꝫ ante abundauerint deſtituta. Apud Naba
theos, qui opes imminuit publice mulctaꝛ, qui auget, honore afficiꝛ.
Quas tam greci q̄ꝫ barbari, cuz tertium locuz bonoꝝ tenere debeãt,
primo tamen in loco collocãt (vt auctor eſt Plato) At qui vtriuſqꝫ
huiuſce boni iacturã facit meretricarius. Nanqꝫ amationes meretri
cię grande ferunt, vna cuz dãno dedecus, infamiã afferunt, opes au
ferunt. Male conſulit et rei et fame mulierari⁹ amator. Quibus ho
mini detractis nihil plane erit illo deſpecti⁹, nihil notati⁹. Itaqꝫ ama
tor deſpectiſſimus notatiſſimuſqꝫ eſt habendus, q̇ ſcorto honeſtum
officiuz poſtponens, q̇ in gurguſtio deliteſcens aſſiduis pulſaꝛ infa
mijs, patrimonij decoctor, mendicitatis infamiſſime coaguluz. Bo
nã deperdere famã, rem pris oblimare maluz eſt vbicunqꝫ (vt inq̇t)
Satyrographus. Amator (vt Plautin⁹ ſeruus feſtiuiter enarrat)
bona ſua pro ſtercore habet, foras iubet ferri, domi q̇cquid habet per
dit, quãdoq̇dem ip̄e deperdit⁹ eſt. Meretrices vt dicunꝛ, ita ſunt ꝑ
caces, nullus eſt finis poſcẽdi, nullus dãdi, vt amatoris libido redi
uiua reſurgit, eſtqꝫ inexplebilis, ſic meretricis eſt inexaturabilis pro
cacitas. Et cum hodie aliq̇d dederis, hodie quoqꝫ aliud dandum eſt.
Et cum ſcorti precium vnius ſit panis, (ſi Solomoni credimus)
argentariam ſalutem ab amaſio quotidianam depoſcit. Exenterat qꝫ
quotidianis ictibus marſupium. Meretrix tãtiſper blanditur dum

illud quod rapiat videt, Amator q̃ȝ diu habet quod det, tam diu illi arrident ędes meretricię et patent fores. Ubi deſpoliatus inopia argentaria laborat fores extruditur. Nonne comedia humanę vitę ſpeculum eſt, atqui apud Comicos poetas tota eſt meretricarij amoris inſectatio, Adoleſcentes in ſcortis male audiunt, patres filios a turpi amore meretricis auocare, abducere, auellere, omnibus viribꝰ neruiſq̃ contendunt, Ut id nobis documēto ſit, vitandas eſſe meretricum illecebras, fugitādas ſuauiationes poſcinummias. Quaruȝ vafricias, laqueos, illicia, blādiciaſq̃ viſcatas enumerare quis poſſit: In Mercatore Plautus, pater Charinum filiuȝ viſco muliebri implicatiſſimum caſtigatione clamoſa et obiurgatorio ſeno ad bonam frugem reuocare contendit. Tanq̃ȝ nihil perę q̃ȝ diſpendioſum rei ſit et moribus ac amor. In Truculento ſeruus meretricem ego inquit item eſſe reor mare vt es, quod des deuorat, nunq̃ȝ abundat. In Aſinaria ait adoleſcens deſpoliatus ⁊ exclusus mare non eſt mare. vos eſtis mare acerrimum. In Ciſtellaria, meretrix fortunati eſt oppidi ſimillima, non poteſt ſuā reȝ obtinere ſola ſine multis viris. In Sticho, qui poteſt mulieres vitare vitet. Apud declamatores inducuntur patres, qui elogio teſtanť exheredatos a ſe filios, propterea quod meretrices amauerint. In decalogo legis dominica precepta decem dei digito conſcripta cōtinentur. Quibus recte viuendi formula p̄ſcribitur, homines ad ſanctitudinem inſtituunť, inter quę illud eſt memoratiſſimum, Non mœchaberis quo verbo non ſoluȝ interdicitur nobis adulteriuȝ cum alienis vxoribus, ſed et omnis fornicatio quippe in Canonicis ſcripturis, vt docet diuus Auguſtinus, et in decretis, xxxij, queſtione quarta proditum eſt, nomine mœchię omnis fornicatio omniſq̃ illicitus concubitus ſignificatur. Si quę a pontificibus decreta ſunt ſeruari debent, quāto magis quę a deo Tu qui ſcortator et meretricij amplexus affectator es, nonne vides te facere contra diuinum interdictum Sed qui precepit nō mœchāduȝ Idem in eodem decalogo haud quaq̃ȝ precepit non bibendum. Ad

hęc Amor formę rationis obliuio eſt inſanię proximus Turbat con
ſilia. altos et generoſos ſpiritus frãgit. a magnis cogitationibus
ad humillimas retrahit. querulos, iracundos, temerarios, dure im/
perioſos. ſeruiliter blandos, omnibus inutiles, ipſi nouiſſime amo/
ri facit. Nam cum fruendi cupiditate inſatiabili flagrat, plura tem/
pora ſuſpicionibus, lachrymis, conqueſtionibus perdit. Odiuꝫ ſui
facit, et ipſe nouiſſime odium eſt. Hęc luculenta diui Hieronymi
peroratio quem non meretricariorum atqꝫ amatorum rubore ſuffun
dat, Quis amaſius talia audiens non repente ſe damnet: veluti fœ/
da vitioſitate maculoſuꝫ Quis venereus miles nõ hęc in ſemetipſo
recognoſcens ingemiſcat nanqꝫ amorem amatorẽqꝫ cuncta hęc vitia
ſectari ſolent. cura, ęgritudo, inſomnia, erumna, ineptia, ſtulticia, et
temeritas, incogitantia, cupiditas, petulantia, auiditas, deſidia, ino/
pia, contumelia, et diſpendium, Amor carnificinam commentus eſt
Amor amara dat, mores hominũ moros ꝛ moroſos facit. Amato/
ris animus clauos cupidinis fixus apud ędes meretricias retinetur.
Uiuitqꝫ in alieno corpore, adeo vt Plautinum illud dicere meritiſſi
mo poſſit. Ubi ſum ibi non ſum, Ubi non ſum ibi eſt animꝰ. Quid
nonne in vulgari maledicto cõuitioqꝫ quotidiano eſt nomen ſcorta/
toris, Nonne in confeſſo eſt: amorem furorem eſſe, et meretrices fa
moſas, Sectari autem rem ſitibundam nonne furere eſt. Secta/
ri rem infamem nonne infamię proximum atqꝫ confine. Ad hęc a/
mator ſepe crudeli feritate graſſatur ac furit, ob riualitatis ſuſpitio/
nem meretricum enim nõ eſt vni inſeruire amanti, ſed fouere complu
res. Et ex multiplicibus racemis ſibi facere vindemiam Hinc bella
iniurię, ſuſpitiones in militia amatoria, Hinc Marius Hellade per
cuſſa ſe precipitat, hinc amator non ſolum miſer et erumnoſus, veruꝫ
etiam turpiſſimus criminoſiſſimuſqꝫ cenſetur. Quanto me magis
iudices excutio, tanto plura ſuccurrunt ad taxanda meretricarij fra/
tris feditateꝫ. Et in primis illud Apoſtoli Pauli qui euidenter oſ/
tendit vitium fornicationis inter reliqua eſſe ſpurciſſimuꝫ, qui Co/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

rinthios inſtituens ita proclamat. Fugite fornicationem omne eniꝫ peccatum quodcunqꝫ fecerit homo extra corpus eſt Qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. Adde quod qui cupit bibere non erubeſcit id palam profiteri. Et manuꝫ, in propatulo porrigere ad poculuꝫ qui vero deſiderio rei venereae detinetur furtim id agit et clācu lum. Cum cupiditatis erubeſcendę depudeſcat, non credis id mihi, audi nobiliſſimum philoſophorum Ariſtotelem in problematis ita diſquirentem Cur homines rem agere veneream cupientes confiteri ſe id cupere maxime pudet, bibendi autē aut edendi deſiderio cum teneātur confiteri non pudet, poſſeꝫ infinita prope congerere, ſꝫ adhibendus eſt modus quem in rebus omnibus vtiliſſimum perhibēt Igitur o frater Cum in ſcortis male audias, ſcito hoc eſſe omni probro probroſius omī turpitudine turpius. In tātum, vt nullus ignoret ſcortari, et in meretricario cenobio ſe ⁊ ſua nequiter profligare, id dici eſſe poſtremiſſimum vitioruꝫ. quod nec ipſe (opinor) frater inficiaris. Cuꝫ improborum mos ſit non improbitatem occulere, ſꝫ ex ipſa vitioſitate gloriari. Verū hęc de ſcortatore ac meretricario dixiſſe ſatis ſuperqꝫ Tranſeamus agedum ad Aleatorem, quem nō minus feda vitij labe maculoſuꝫ eſſe confirmo, adeo vt multa quę in illuꝫ dicta ſunt, in hunc per eqꝫ retorqueri poſſint Et alia pleraqꝫ quę dum a nobis perpenduntur queſo diligenter attendite

¶ Alea res damnoſa eſt ac turpis, furtorum ac rapinę conciliatrix malarum cogitationuꝫ parens, hominis interioris carnificina, virtutuꝫ atqꝫ omīs honeſtę meditationis expultrix. Iraruꝫ maledictorum in deos hominesqꝫ ſuſcitabulum. Cui qui mancipati ſunt ſemper āgore torquentur, ſemper triſtitudo illorum vultus innubilat, ſemper deſperāter, ſemper furenter omnia agentes conſpiciunt Nimirum id vitium eſt, quod ſcriptores omnes proſcindunt infamant criminantur, quod a leguꝫ ꝯditoribus male mulctatur. Ariſtoteles inclytiſſimus philoſophorum quarto ethicoruꝫ volumine Aleatores infamat. Illiberales eſſe ⁊ in ſordido lucro verſari ſcribens. Apō

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

De tribus fratribus Philippi Beroaldi

Iuriſconſultos Titulus eſt de aleatoribus. quo animaduerſio con-
ſtituitur in eos quoqꝫ, qui ludere cõpellunt. Senatuſconſultuz vetꝰ
pecuniã ludere interdicit Quinetiam M. Tulliꝰ auctor eſt, Lenti-
culam. M. Antonyũ colluſorem lege de alea eſſe condemnatũ. Qui
hominem nequiſſimum ob id vocat Antoniuz, ꝙ in foro atqꝫ in p-
patulo alea luderet. Oratiꝰ quoqꝫ aleã legibꝰ interdictã tanqꝫ rẽ im-
probã oñdit illo verſiculo Seu malis vetita legibꝰ alea, Nõne inter
Catulliana maledicta ſunt Aleones quoqꝫ: ſic eñ priſci aleatores no-
minitabant, Nonne conſeſſum aleatoꝝ in ludo talario turpiſſimuz
eſſe dixit Arpinas orator: Nõne alea pernox, Nõne animoſus ale-
ator ſatyrico dente perſtringit, Quiſqꝫ inuentor aleȩ extitiſti (tecum
eñ mihi res eſt) non rez voluptuariã (vt vulgo credit) ſed peſtiferã
ac detrimentoſam es cõmentus/ꝗ multos ad mendicitatez redactos
furaces, graſſatores, ſacrilegos fieri coegit. Et qm̃ non eſt nobis hȩc
oratio habenda apud imperitos iudices, neqꝫ in cõuentu ruſticano.
liberiꝰ paulo de ſtudijs humanitatis ac lr̃is interioribus diſputabo,
nec non ex ſecretarijs eruta inuulgabo, Plato philoſophorum deus
refert in Phedro fuiſſe demonez neſcio quez ex vetuſſimis dijs Ae-
gyptioꝝ, cui dicata ſit ibis auis illa Aegypti peculiaris. Non autez
ciconia (vt vulgo creditur) quȩ roſtri aduncitate per aluuz ſeſe perlu-
ens Clyſteris vſum demonſtraſſe mortalibus proditur, Demonem
autem hunc Theuth, ſiue Theutatem primuz inueniſſe Geometriã
Aſtronomiam, Arithmeticã et lr̃as, eundem taloꝝ aleȩqꝫ repertorẽ
extitiſſe, Dignum eo ampliſſimo preconio Theutatem iudico iudi-
ces quatenus literas et diſciplinas ingenuas inuenit Quod vero Ta-
lariuz ludum Aleãqꝫ primus oſtenderit feda ſuggillatione notandũ
cenſeo. Adeo vt mala bonis comparata preponderent. Nec minus
vitioſitatis ſit in aleȩ commento, ꝙ bonitatis in literarum inuenti-
one Herodotꝰ grecus Liuius (quem Ma. Tullius patrem hiſto-
riȩ nũcupat) auctor eſt, Lydos primos aleȩ, teſſerarumqꝫ ludum.
et cȩtera genera luſoria preterquam talaria excogitaſſe, Ceterum ſiue

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

Declamatio

Theuth (vt memorat Plato) ſiue Lydi (vt autumat Herodotus)
inuenere inſtrumenta luſoria vtriqꝫ mediu ſtidius tradidere mor-
talibus inuentum pernicioſiſſimum, Cuius comites ſunt fraus, piu-
rium, impoſtura, mendicitas, Et ex mendicitate mala mens, mal⁹
animus, et cōſequenter ad ſcelera facinoriſſima audēda proclinitas,
Piget commemorare quā multi hoc vitio teterrimo ad incitas ege-
ſtatemqꝫ redacti ſibi et ſuis fuerunt dehoneſtamento. Quā multi dū
furtificas ob aleam manus habent, carnificis laqueo ſtrangulati,
mortem oppetiere ignominioſiſſimam. Ad hoc aleatores publica
pulſantur infamia. et quia diſſerimus apud aures eruditas erudi-
tioniſqꝫ ſitientes, non erit abſonū ſi ab illa orandi lege rethorica pau-
lum deuius excurram excurſione plauſibili, idqꝫ ex declamatoria in-
ſtitutione et ritu Inter ceteras nationes ſtudioſiſſimi teſſerarię luſi-
onis Aleatoreſqꝫ maximi Germani fuiſſe produnt, aleā inter ſeria
exercentes, tāta lucrādi perdendi ve temeritate, vt cū oīa defece-
runt extremo ac nouiſſimo iactu de libertate ac de corpore cōtendāt,
Victus voluntariā ſeruitutē ſubit, Et quis iunior, quāuis robuſ-
tior foret alligari ſe patiebat ac vendi Ea erat (vt inq̄t Cor. Tacit⁹)
in re praua puicacia, ipi fidē vocāt, inſitū hodieqꝫ ē Germanis ſtu-
dium aleę animoſioris. In qua fidē colluſori ſeruant. Et ipſā pe-
cuniā deperditā pinde ac mutuaticā victori cū fide repreſentāt, Di-
rum prorſus eſt illud ſydus natalitium, quo progenerātur aleatores
quo homines fiunt rei praue ac calamitoſę mancipati. Quicunqꝫ in
nona pte Librę habuerit horoſcopū erit, (ſi Firmico Materno cre-
dimus) aleator populari notione perſpicu⁹. Utinā poſſent e vita in
totum abdicari tolliqꝫ teſſerę et chartulę luſorię ſicuti iāpridem tali
ſublati ſunt, et luſio talaria abdicata, Video pleroſqꝫ omnes ex vo-
bis contracta fronte muſſantes quod talos talariumqꝫ ludum dixe-
rim exoleuiſſe, nolite ob id admurmurare, vera locutus ſum indices
null⁹ eſt error in verbo, ſed vulgus errore promiſcuo implicatur ex-
iſtimans talos eē inſtrumenta luſoria quibus quotidie paſſim ludi-

tur. Cum teſſere ille ſunt nominãde, non tali. Et vti totam rē plani
us noritis ſcitote talos fuiſſe quatnos in ludo talario. Et talis qua
drupedum factos, q̄ in poſterioribus tm̄ pedibus eſſe ꝑdunt Ariſto
teli Plinio ceteriſq̄ phyſicarum diſciplinaꝝ cōſultiſſimis greci ta
los aſtragalos vocāt. Unde et aſtragalizontes dicti talis ludētes In
luſione talaria quatuor tali efficiunt iactū felicisſimū. Quē vene
rium nuncupant et a poetis venus vocitatur In ludo vero teſſerario
tres tm̄ teſſere ſunt, q̄ ex ſex lateribus equali latitudine planiciarum
quadrate cōfiunt, greci cubos appellant, q̄d et noſtri, vt M. Uar
ro, Gelli⁹ Macrobius Uictruui⁹ tradiderunt. In cybeuticos dic
tus Aleator, Teſſerari⁹ ludus nūc vbiq̄ gentiū vbiq̄ locoꝝ in vſu
quotidiano freq̄ntiſſimus ē, tres teſſere ſiue cubi, q̄s taxillos docti
indoctiq̄ falſo nomintāt, in alueolum iaciunt, ſic em̄ tabula aleato
ria nuncupat. Cū talis quatuor in ludo talario ātiquitus vterentur
Hinc ſcite apud epigrāmatiſtam teſſere numero taloꝝ impares ſeſe
eſſe ꝑfitent. Utinā ergo (vt domū repedemus) Utinā teſſerarius
ludus. Et omnis alea damnoſa ac preceps abdicari poſſet et tolli.
Utinam Aleatores, Quorū vita et ars ludus eſt, exterminari atq̄
interdici ne res que voluptatis cauſa (vt aiunt) reperta eſt in meſti
tudinem luctū egeſtatē mortales impingeret. Dic q̄ſo Aleator non
erubeſcis vel ſi erubeſcere nō noſti nonne paleſcis nonne ingemiſcis:
quotiens audis te aleatorē noīe ꝑbroſiſſimo vocitari, quotiens digi
to preteruntium ob inſigne vitiū demonſtraris, Eq̄dem malo vi
nolētus dici q̄ Aleator q̄ ſcortator, malo illo liquore mulceri q̄ leti
ficat deos et hoīes, ſine quo letitia eſſe in cōuiuijs nō pt. Unde et le
titie Bacchus dator a celeberrimis auctorib⁹ dictus, q̄d ſi vitiū eſt
vt iſti volūt ꝑfecto eſt ignoſcibile, neq̄ vllis legib⁹ interdictū Qui
nimo Platonice leges, quib⁹ nulle ſanctiores, vinolentiam et pocula
largiora ꝑmittūt, perinde ac fontem quendā ingenij virtutiſq̄ inci
tabulū, Aſclepiades nobiliſſimus medicorum, vini vtilitatē equa
ri vix deorum potentia poſſe pronunciauit. Uinū eloquētes facit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

Declamatio

(vt inquit Oratius flaccus) Fecundi calices quem nõ fecere diſer-
tuz. Cui ſubſcribit poeta alter lepidiſſimus ſcribens, Poſſum nil ego
ſobrius, bibenti ſuccurrunt mihi quindecim poetę. Et cuz alea atqꝫ
fornicatio plene ſint anxietudinis et curę Cõtra vinũ triſticiã diſcu-
tit ⁊ nubila humani animi ſerenat, eſtqꝫ remedium curaꝝ, quę anxi-
ferę ſunt et edaces potiſſimum, qḋ Lyricus poeta commodiſſimo e-
pitheto dixit obliuioſuz Uitã btãm nulla res alia magis efficit, qꝫ a-
nimi ſecuritas, mẽtiſqꝫ trãquillitas. Hãc nobis vinuz parit, ſomno
accõmodatũ et ſecuritatib⁹ Hoc certe fuit nepenthes illḋ quod Ho-
merica Helena Thelemacho ꝓpinauit obliuionẽ triſticię veniamqꝫ
afferens. Qḋ vtiqꝫ omĩbus mortalib⁹ foret propinandum. Uñ et
nepenthes ab effectu nuncupatũ, quod eo triſticia et luct⁹ omĩs abo-
leat. Merito Bacchuz ob tã ſuaue inuẽtum deuz finxit antiquitas
Merito in cęlo eſt vindemiator collocatus, merito Bacch⁹ ipe Li-
ber pater noĩatus nõ taz ob licentiã linguę neqꝫ ob libertatẽ bœotijs
datã qꝫ qḋ liberat ſeruitio curaruz animuz. et vt morbis quibuſdã ita
triſticię medet, proinde ſanctiſſimus et vitioꝝ obiurgator ſeueriſſi-
mus Seneca precipere nõ dubitat liberaliores potiones eẽ haurien-
das et aliqñ vſqꝫ ab ebrietatez veniẽduz Ad hęc nõne maximi hero-
um reguz philoſophoꝝ ebrioſi atqꝫ bibaces fuiſſe memorant Quoꝝ
exẽplis illuſtribus ebrietas ipſa honeſtat, Et vitiuz ebrietatis ſi mo-
do id vitiuz ẽ: fit imitabile. Herculez inter heroas famigeratuz, quo
nihil illuſtrius, ebriuz et caſſabundum fuiſſe accepim⁹, ideoqꝫ ſciphũ
illi⁹ poculuz eſſe vt Liberi patris canthaꝝ, ob hoc fictores Herculẽ
cuz poculo figurant, Alexãder magnus, quo nil maius, vini auidiſſi-
mus fuit, ad temulentiãqꝫ procliuior. Cato quoqꝫ qui exemplar vir-
tutum et norma eſt, qui vt ſapiens dictus, ita reuera fuit, vino indul-
ſit, ebrietatiſqꝫ hilaritate demulct⁹ interdũ ẽ. Cuius olim ebrij velatũ
caput cuz quidã quibus obui⁹ fuerat retexiſſent erubuerunt. Nimi-
rum q̃uia ebrietas quoqꝫ in Catone viſa eſt venerabilis. Ergo igitur
viri tam clari, tam magni, tam ſancti vino indulſerint, cuz vinolenti

frequenter extiterint. Cur pudeat me et dici et eſſe temulentum Cur in me ſit criminoſu3 quod non ſolum excuſatur exemplis verumetiã defenditur, deniq3 cur mihi damnoſum ſit iudices ſi id facio quod Hercules, quod Alexãder, quod Cato factitauerunt Quoru3 auctoritas tãta eſt, vt ebrietatem honeſtam magis efficere poſſint q3 ipſi ex ebrietate turpes fieri. ¶ Habetis perorationem mea3 in duos fratres alterum fornicarium, alterum aleatorem. Quorum alterutrum veſtra pronunciatione damnari neceſſe eſt, ſi nouiſſimã defuncti teſtatoris voluntatem tueri vultis, qua animis veſtris nihil debet eſſe ſacratius, quãta enim vinolentia minor ſit vitioſitas fornicatione vł alea, vel vtroq3, ſcitis. Et hoc ſcio vos ſcire. Quocirca pronunciate iudices queſo vł in hunc vel in illũ, vt ego ſententia veſtra abſolutus poſſim paternis bonis perfrui comiter atq3 hilariter, vt indulgẽs vino excuſabilis ſi3 exemplo Herculis, Alexandri et Catonis, quos vite duces habere nõ ſolu3 venia, ſed etiam laude dignum eſt, Dixi

¶ Scortatoris et aleatoris recriminatio aduerſus ebrioſum.

AEſopi fabulatoris elegãtiſſimi apologus iudices narrat, homines duas manticas habere, alteram anteriorem, alteram poſteriorem, in priore aliena vitia mitti. in ea quę a tergo eſt, noſtra occultari, quo apologo ſcienter et feſtiuiter ſignificatur mortales obſeruare papulas alienas, in proprijs vel ceribus incurioſos. In alienis peccatis noſcendis oculatos eſſe, in ſuis talpas Neminẽ videre quid manticę in tergo ſit. Hoc cum in pleriſq3 alijs, tum hodierno die in fratre cognouimus, qui in negocio ſuo hebetior, in alieno acutior, feſtucam in oculis noſtris aſpiciens trabem non videt in ſuis, qui copioſe et eleganter in meretricarios aleatoreſq3 perorans, ebrietatem cuius obnoxius ipſe eſt, non ſolum dixit eſſe ignoſcibilem, verumetiam (ſi dijs placet) quaſi expetibilem atq3 dignam laude eſt conatus aſſerere Nos vero iudices nihil verrucas noſtras couuelantes ſimpliciter ingenueq3 fatemur malum eſſe ſcortari. Et forum aleatoriu3 calefa-

cere. Sed maius malus temulentiam eſſe contendimus. Idq; eui-
dentibus argumentis planuz faciemus. Uos queſumus vt ſicut at-
tente fratrem audiuiſtis, in fratres inuehentem. Ita lubentibus ani-
mis nos audiatis fratrem retaxātes. Ut ſi quā ille voluptatem ma-
ledicendo cepit. eandem male audiendo penitus amittat, q̄ cum dixe-
rit quod voluerit. nō iniquum eſt ſi audiet qđ noluerit Ueſtruz eris
officium iudices cauſa vtrinq; perorata collatione viciorum, de qui-
bus agitur, facta ſollerterq; perpenſa ferre ſententiā, Homo (vt hinc
ordiamur) ex animo et corpore compactus nihil habet penſius cha-
riuſq; q̄ ſemetipſum. Unde fit vt animi ac corporis incolumitatez
diligentiſſime cuſtodiat, et ea cum primis appetat, q̄ grę́ci τα προ
τα φυσεοσ latini prima naturę ſiue pmogenia appellant, in qui-
bus numerantur, valetudo, ſenſus integri et omniuz partium conſer-
uatio, quibus non pauci ſūmſum hominis bonum metiuntur. Et
cum vitę ars prudentia ſit, quę inter bona animi potiſſimuz elucet,
eam precipue incolumez ſeruare debem⁹ vt viuendi rōne conſtemus
Hec igit animi et corpis incolumitas cum ſit rerum omnium pre-
cioſiſſima. Cum bona animi ⁊ corporis ſint maxima bonorum, quis
non videt id vitiuz longe maius eſſe habendum, quo maiora ⁊ plu-
ra hominis bona profligantur. atqui cuncta haec ebrietate concuti-
untur et vini crapula hebeteſcunt Temulentia mentem obnubilat.
corporis valitudinem profligat. nec non eſt rei famęq; diſpendium
Uetus verbum eſt ſapientiam vino obumbrari. Quod vigorez ani-
mi impedit ad procinctum tendentibus Qua in re ſubit admirari
priſcorum diligentiam, qui ſignificatiſſimo vocabulo vinum teme-
tū appellauere. ex eo quod teneat mentem ac tentet. vnde et temulen-
tia ebrietas nominata. Quid per deos fedius: quid turpius eſſe po-
teſt q̄ quod homo extra hominem, extraq; humanuz intellectuz per
vinolentiam collocet, ſemetipſuz ignoret, nec plus ſapiat q̄ bim⁹ pu-
er aut annicul⁹. Uini calentis aſpergine ſanitas mentis expugnatur
fitq; rex omniuz obliuio morſq; memorię Nō eſt temulenti anim⁹

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

ſua poteſtate merſus vino et ebrietate deuictus, quod neqꝫ fornicario
accidit neqꝫ aleatori, et (vt elegāter diffinit Seneca grauiſſimus vi-
noſorum cenſor) nihil aliud eſt ebrietas quam inſania voluntaria.
Nonne hoc probrum omni probro maius eſt hominez vltronea in-
ſania oblectari, cuius peculiare bonum eſt ſapere et ſanitate mentis
perfrui. Adijce ex vino vertigines capitis, tecta mobilia, gradū erra-
bunduz Nā vt ait ſcitiſſime Plautus, luctator doloſus eſt vinū, pe-
des captat primuluz. merito dixit Androcides ſapientia clarꝰ, ſicut
venenuz eſt homini cicuta. ita et cicute vinum, intelligi volens vene-
ni venenum eſſe vinum. Quam multi morbi atqꝫ egritudines ex vi-
ni intemperantia proueniāt, quis ignorat: Cum hinc vlcera oculorū
neruorum reſolutio, tremulę manus, cuz hinc cauſones id eſt febres
ęſtuantes. Cum hinc pedes vlceroſi ac podagrici. Aliaqꝫ innumera
morborum genera proueniāt, vnde merito dici poteſt, ebrietatez pe-
na premit comes, preterea quod non minus turpe eſt, vino fetēt ora
nimio et graue olentia anhelitus inficitur. Vis videre quaz noxia ac
peſtifera res corporibus ſit vinum, vbi quiſpiam ęgrotat ſtatim ex p̄-
ſcripto medicorum, vini potu interdicitur. Tanq̄z id fomentum in-
centiuū qꝫ morbi ſit. Ad hęc rei ſuę malę conſulit homo ebrioſus duz
vina precioſa cuz diſpendio patrimonij vndiqꝫ cōquirit, duz vinum
pluris q̄z aurum facit. idqꝫ iucundius q̄z ſolem intuetur, Videmus
quotidie multos (nec enim in re notiſſima exemplis opus eſt) ad in-
opiam egeſtatemqꝫ redactos ebrietate ſumptuoſa. Tanto labore et
impendio, conſtat quod mentem mutet, ac furorem gignat. Et ita
vinum cauſa eſt, vt patrimonio et opes decoquantur, vt vacantes po-
tibus conſumantur, ſicut Solomoni plane credi conuenit. Quan-
ta autem labes infamię, quantum dehoneſtamentum ſubſequatur id
vitium homo nemo non neſcit. Cuz opprobratio ebrietatis inter cę-
tera conuitia ſit maledicentiſſima, cum quotidianū hoc maledictum
tanq̄z maximum in altercationibus audiatur. Achilles homericus
non probrum vlluz foedius inuenit, quo proſcinderet Agamenno-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

nez illuz regem reguz, quã vt ΟΙΝΟΒΑΡΗΣ hoc ẽ vino preſſus atq; vinolentus appellaret. Olim diui Auguſtini mater, cuz ab ancilla per amarulentam inſultationem merobibula vocaretur, tam fedum, tam erubeſcendum id maledictuz eſſe cognouit, vt cõfeſtim dãnnata ebrietatis feditate ad ſobrietatem ſeſe contulerit, biberitq; deinceps vinuz aquatiſſimum dilutiſſimuq;. Excutite iudices iudicia mortaliũ. Interrogate paſſiz omes. Audietis hoiem ferme neminez eſſe, q̃ nõ ſcortatoz et aleatoz a cõuitiatoribus cõpellari malit q; temulẽtus adeo cũctis ioleuit intellect⁹ rei fediſſime ſpurciſſimiq; cõuitij. Adde q̃t rixas, quot cedes, q̃t facinoza penitẽda, fecerũt hoĩes vino inflãmati, et Bacchi thyrſo percuſſi. Nã vinuz (vt libris Eſdre teſtatuz eſt) ſeducit mentẽ, et vinolẽti ſumũt gladios, q̃ cuz e vino emerſerint et ſurrexerint, non meminerunt q̃ geſſerunt, ille Alexander magnus cuius paulo ante o frater exemplo gloriabaris. Nõne Clytũ chariſſimuz ſibi ac fideliſſimũ inter epulas trãſfodit? Nonne amicos in temulẽtia plures interemit? cui⁹ exemplũ ſcriptores nõ ideo referũt, vt nos ad ebrietatez inuitent, prout tu opinaris, ſed vt ab ebrietate deterreãt. Cogita quas clades ediderit publica ebrietas, hec gẽtes bellicoſas hoſtibus tradidit, hec cõtumaciſſimos et iugum recuſantes in alienuz redegit arbitriuz, hec inuictos acie mero domuit, ſic Syracuſe in manuz Marcelli ditionẽq; Romanorum puenerunt. Sic Maſſagete a Perſis pfligant, et vino merſi capiunt. Qd igit iudices vitiuz fedi⁹, probroſius, deterius eſſe pt? q; ebrietas, qua ſanitas mentis concutit, valitudo corpis pfligat, patrimonia atterunt, fama pulſatur, quã rixe, cedes, infanda facinoza, nec nõ vrbiuz excidia ſubſequuntur. Stoicoz dogma, quo callide magis q; vere traditur ΕΙΣΑ ΤΑ ΑΜΑΡΤΗΜΑΤΑ ΕΙΝΑΙ. i. peccata paria eſſe q̃tidie refellit, vita, ſenſus cõis impugnat vitia noſtra redarguunt, que haud dubie imparia et aliud alio maius eſſe nemo nõ cernit, hoc etiaz cecis liquet ebrietatis labem tãto q; ſcortatus et alee eſſe fediorem, quãto plura precioſiora q; ſunt illa, que p temulentiaz amittim⁹ q; que per

aleā ſcortatoꝛezqꝫ deperdimus. Verꝫ audi frater quo rez deducam⁹ ſint cetera oīa inter nos paria, vel ſi ita mauis, ſint in nobis duob⁹ flagitioſioꝛa, ſit foꝛnicatio, ſit alea, vitioſitas fedioꝛ, qꝫ temulētia, ſit tua melioꝛ qꝫ nrā cōditio, vincas tu ex reliquis ptibus. Unū tn̄ nob cōcedas, velis nolis, necē eſt mentez ebrioſi concuti, ingeniuz obnubilari, ſenſus oīs fieri lapſabundos et hoīez exire ex hoīs ptāte, quo cōceſſo victoꝛes ſum⁹, cuz huic vel ſoli vitio par ſit nihil, et nihil ſecundum, finge, excogita, cōminiſcere qd libet nunqꝫ tn̄ impetrabis quin nobis cōſtet mēs et animus, q in te ebrietas concutit atqꝫ dementat. Demētia āt mentis et inſanitate animi gliſcente homo hominis nomen amittit, et nihil fere differt a brutis animātibus, ex quo fit oīm deterrim⁹ fediſſimuſqꝫ. Quod āt frater vinuz pconio laudis extulit ⁊ ex ſententia Aſclepiadis vix deoꝝ potentia equari poſſe pronunciauit Volſellis pugnat nō gladio, cū neqꝫ nos inuiti iudices bibam⁹, neqꝫ vinuz culpemus ſed vinolentiā. Scim⁹ duos ee liquores coꝛpoꝛib⁹ hūanis gratiſſimos int⁹ vini foꝛis olei, ſcim⁹ vino ſtomachuz recreari, appetentiā ciboꝝ inuitari, triſticie curā hebetari, algoꝛem expelli, ſomnuz cōciliari, ſed ſi modice vel potiꝰ intra moduz hauriat, fuit g ſupuacanea illa in vini laudes excurſio qd null⁹ infamat Verū enīuero ebrietas q degit, ebri⁹ q culpat, qua excuſatiōe excuſabil fieri pt, qua defenſiōe defendi, an autoꝛitate Platonis teipm tutaberis, quem veluti temulentie ſuaſoꝛez, ac mgrm̄ citaſti, falſo, ſcito eniz bone frater lege Platonica ebrietatē iſtaz turpiſſimaz, que labefacere et imminuere hoīm mentes ſolet, cuius reatū hodie tu ſuſtines minime laudari, ſed liberalioꝛem paulo iucundioꝛem qꝫ vini inuitatōez que fieret ſub quibuſdaz quaſi mgris cōuiuioꝛuz ſobꝛiis non improbari. Immo vt ſcias decreta Platonica nō a te ſtare ſed a nobis intellige, quātopere ab illo culpetur ebꝛietas, decernit diuinus phus pueris meruz aque potuz. Vinoqꝫ interdicto vetat ignem igne incitari Idem iubet ſponſum et ſponſam dare operam liberis ⁊ abſtemios eſſe vt conceptus fiat ſolidus et quietus, cuz ebꝛii tanqꝫ mente capti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

ad generationem ſint inutiles, quippe cu3 veriſimile ſit ex temulētis
fetus tā membris q3 morib⁹ tortuoſos ꝓgenerari Quod Herculem
bibacem Alexādru3 temulentu3 Catone3 vino hilarari ſolitu3, teq3
illoꝝ imitatorē eſſe gloriabund⁹ memoraſti, dic q̄ſo o frater placent
ne tibi tāti viri pro archetypo et exemplari q̄d ſequaris. Agedu3 imi
tare illos totos, et ſicut vitij affectator videri vis, ſic imitator eſto v̄
tutum, perge ꝑ illoꝝ cuncta veſtigia, effinge nobis ac redde mōſtro
rum ꝓfligatōe Herculez, rex magnitudine Alexādru3, moꝛu3 ſanc
titudine Catonez, Tunc in te tam ignoſcibilis erit ebꝛietas q3 fuit in
illis Tunc nemo tibi negocium faceſſet. Tunc nobiſcum tibi nulla
erit ɔtrouerſia de paṫna hereditate. Cedem⁹ vltro bonis, eris tu ex
rta oēm iudicij aleā ſequeſtrat⁹ Nos duo inter nos diſceptabimus,
vter ex nobis ſit exheres ꝓnunciādus, te in tuto, te in vado ſalutis col
locato. S3 que eſt iſta ꝑuerſitas, improbitas, iniq̄tas, velle magnis
heroibus vitioſitate eē conſimile3, v̄tutib⁹ vero lōge diſſimile3, velle
ſequi fugienda, fugere ſequenda, velle magſla imitari, bona nō aſpi
cere, placet tibi in Catone ebꝛietas placeat et grauitas, frugalitas, in
tegritas, doctrina, mores, cetereq3 virtutes omnes, quaꝝ dictus eſt
norma, auctoꝛ, exemplar, Scito tn̄ magnos illos viros non vino in
genium mētemq3 vt tu quotidianis ebꝛietatibus ingurgitaſſe, Nec
in pectoꝛibus magnis vllu3 eſſe poteſt, honeſtoꝛum turpiu3q3 con
ſoꝛtium. Sed pro fomento laboꝛū quos dies nocteſq3 exantlabant,
ſeſe interdu3 largioꝛibus poculis inuitaſſe. Quoꝛu3 labecula virtu
tibus obumbꝛatur. Ad quos cu3 tu nulla ex parte laudabili aſpires.
Deſine illoꝝ exemplis tua pꝛobꝛa fulcire. Quoꝛum virtutes nō aſſe
queris, deſine illos iactare, qui abs te hoc in iudicio nominati faciūt
cauſam tuā fediorē, turpioꝛem, deterioꝛem, q3 ſi nuſquā nominaſſes.
Demiramur o frater te in hac nominatione ſilenter preterijſſe Tibe
riu3 ceſarem, cuius vtpote maximi romanoꝛum imperatoꝛis exēplo
cauſa tua roboꝛari potuiſſet, q̄ pꝛopter nimiā vini auiditatē pro Ti
berio Claudio Nerone, Biberius Caldius Mero vocabat, qui Pi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

ſonem vrbis Romę prefectum fecit, quod biduo continuo duabuſ-
qꝫ noctibus per potationem apud ſeipſum continuaſſet. Atqui ex-
empla vitioſorum quamuis illuſtria magis officiunt vinolentię reo
quam patrocinātur. Quod ſi iudices in vitijs defendendis atqꝫ ex-
cuſandis valeat auctoritas principum nos quoqꝫ maximi imperato
res excuſant. Nanqꝫ memorię proditu ꝫ eſt Cęſarem Auguſtuꝫ, qui
viuus habitus eſt diuus, quo nil maius, melius de terris fuiſſe alcę
cupidiſſimum, et diebus feſtis, profeſtiſqꝫ luſiſſe Claudium quoqꝫ
imperatorem de arte alcę librum compoſuiſſe cuius ſtudioſiſſimus
adeo fuit, vt ſolitus ſit etiam in geſtatorio ludere, Meretricarios ve
ro extitiſſe tam multos, vt Solomon quo nil ſapientius, greges cō-
cubinarum prope innumerabilium habuiſſe prodatur, vt Caeſarem
dictatorem omnium mulierum virum dictitauerint Sed nobis vi-
tia noſtra diluere exemplis principalibus non eſt in animo, nec libet
ea defenſione, quę haud dubie potentiſſima eſt vti, vt dicamus nihil
eſſe in rerum natura tam neceſſarium, tanqꝫ expetibile quam vene-
reum concubitum. Quo ex terris ſublato cuncta animantium gene-
ra citiſſime deficiant atqꝫ intermoriantur neceſſe eſt. Excedat a gedū
(vt Senecę verbis vtar) rebus humanis Venus, orbis iacebit ſqua
lido turpis ſitu. Tolle ex commertio mortaliuꝫ meretriceas amatio-
nes, cuncta videbis miſceri perturbariqꝫ libidinibus inceſtis, non iu
uat in iudicio coram vobis iudices, allegare aleam illicem eſſe vitę
voluptuarię atqꝫ animoruꝫ oblectamentuꝫ qua ocioſi mortales eſti-
uorum dierum ęſtus torrentiſſimos fallunt, qua a cibo, a menſa ſalu-
briter vtuntur, cum id horę ex precepto maximorum medicoruꝫ om
nis animi corporiſqꝫ agitatio ſit inutilis. Sed nobis nihil proſint
haec adminicula iudices ad cauſam noſttam roborandam, immo
ſimpliciter et ingenue profitemur nos eſſe criminoſos, nos vitioſos,
ſed criminoſiorem, ſed vitioſiorem eſſe fratrem indubitanter aſſeri-
mus, idqꝫ videmur argumentis ſatis probabilibus hactenus de-
monſtraſſe Uerum vt vobis iudices hoc magis liqueat, vt fœditas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

tati vitij fiat manifeſtior, deniqꝫ vt ſcrupulus nullus mẽtibus veſtris
inhereat: quin vinolentum, fornicario, et luſore fediorem vitioſio-
remqꝫ iudicetis, libet hoc potiſſimuz in loco rhetoricari. Et qm̄ ad-
uerſari⁹ per exẽpla ſententiaſqꝫ nobiliuz ſcriptoꝝ expatiat⁹ eſt nos qꝫ
exẽplis, nos dictis philoſophoꝝ, oratoꝝ, eccleſiaſticoꝝ, edocenter ex-
plicabimus, ebrietatez fuiſſe ſemper apud priſcos deteſtabilem, pro-
ſciſſamqꝫ cõuitijs ab optimis quibuſqꝫ perinde ac inſigniter p̄nicio-
ſam, erũt hec non iniucunda cognitu, nec inutilia relatu, nec eruditis
aurib⁹ aſpernãda, vos mõ vt attẽte preterita audiuiſtis ita attente ac
lubentib⁹ animis reliqua auditote. Lacedemonij illi frugaliſſimj, et
Lycurgi legibus bñ inſtituti, cuz ab ebrietate perinde ac re fediſſima
iuuẽtutẽ abducere vellẽt hũc morẽ obſeruabant, vt in feſtiuitate ſer-
nos (q̄ Ilote vocãtur) largo mero ingurgitatos in cõuiuia iuuenum
deducti inherent, vt illi ſpectãtes ebrioꝝ turpitudinẽ ebrietatẽ velu-
ti rem fedam ac deformẽ perhorreſcerent. Plato Ariſtoteles Euſe-
bius, et maxim⁹ medicoꝝ Galen⁹, dilaudãt legem Carthaginenſium
q̄a duz militãt et caſtrẽſibus reb⁹ incumbũt vinum nullus guſtare
p̄mittit, ſed oẽs toto militie t̄pe aquã bibũt, tanqꝫ vinũ ad ferendũ
laborẽ hoĩes remolleſcãt. Ceſar auctor eſt Sueuos Germanie popu-
los vinũ ad ſe oĩno importari non ſinere: q̄d ea re ſubneruari corpo-
ra arbitrãtur. Cheremõ Stoic⁹ narrat priſcos Aegypti ſacerdotes
carnibus et vino ſem̄ abſtinuiſſe, ex eo t̄pe quo cepiſſent diuino cul-
tui operari, vt ſenſus tenuitate forent vegetiores, Joſephus Philo
Euſebius Hieronym⁹ prodiderũt Eſſeos in Judea abſtemios fu-
iſſe et inuinios, quotidianũqꝫ ieiuniuz vertiſſe in naturã, apud Ro-
manos atqꝫ omi in latio femine etatez abſtemiam egiſſe hoc eſt vino
abſtinuiſſe memorãtur q̄d ſi vlla inuẽta eẽt vinũ bibens, morte mulc-
tabat, vt auctor ẽ Dionyſius in libris antiq̄tatuz, ex noſtris quoqꝫ ce-
leberrimi ſcriptores ſcripſere vxorẽ Egnatij q̄d vinũ bibiſſet e dolio
interfectã fuſte a marito, eumqꝫ cedis a Romulo abſolutum Fabius
pictor in annalib⁹ ſuis tradidit matronã quod loculos in q̄bus erant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

claues vinarię cellę reſignauiſſet, a ſuis inedia mori coactā. Cn. Do-
miti⁹ iudex mulierē dote mulctauit, q̄d vinuʒ bibiſſʒ viro inſciente,
ob hoc propinqui (vt inquit M. Cato et repetit Tertullian⁹ in A-
pologetico) oſculum feminis dare ſoliti erāt, vt ſpū iudicarentur an
vinū olerent, ⁊ mediuſfidius vſu vini immodico ianua virtuti clau-
dit, vitijs aperit, Apolloni⁹ Tyane⁹, quo nil ſanctius, nil diuini⁹ in
ter hoīes, fuit hydropota hoc ē aquę potor vinuʒ tanq̄ȝ ingeniȷ̄ peſtē
reformidās. Diu⁹ Hieronym⁹ precipit virgini Chriane, vinū tāq̄ȝ
venenuʒ eſſe fugiēduʒ, ideʒ clericis vino ꝓpe interdicit, qui ſcribens
ad Nepotianuʒ nunq̄ȝ inq̇t vinuʒ redoleas, ne audias illud philoſo-
phi, hoc eſt nō oſculuʒ porrigere, ſed vinū ꝓpinare. M. Tulli⁹ in-
ter pleraq̄ȝ alia probroſa, quę Piſoni obiectat, id quoq̄ȝ maximo pro-
bro dat, q̄d vinolētus ore fetido teterrimā popinā inhalaſſet. Quid
multa: deus in Leuitico ad Aron archijerea, hoc eſt pōtificem, vinū
inq̇t et oīne q̄d inebriare p̄t non bibetis, tu et filij tui qn̄ intrabitis ta-
bernaculuʒ teſtimonij ne moriamini, quin etiā dei cōſectane⁹ electōis
vas, et ſcp̄turaꝝ ſcārum armariuʒ ap̄l̄us Paulus vinolentiam dam-
nans in ep̄l̄a ad Thimotheuʒ precipit epiſcopuʒ ſobriuʒ eē debē, mi-
nimeq̄ȝ vinolentuʒ Hinc in decretis canonicis eſt illud memoratiſſi-
muʒ, Vinolentū ſacerdoteʒ et ap̄l̄us dānat et vet⁹ lex ꝓhibet, Sacer-
dotes q̄ miniſtrāt in tēplo dei ꝓhibentur vinuʒ bibere et ſicerā, ne cra-
pula et ebrietate corda eoꝝ pregrauētur. Sicera āt Hebreo ſermone
oīs potio nūcupat̄, qua q̄s inebriari p̄t, Quicq̄d inebriat ſtatū men-
tis euertit. Añ diluuiuʒ hoīes erāt ſicci ſobrij inuiuij nullo vini vſu
nulla cultura vineaꝝ, poſt diluuiuʒ vt ſacris l̄ris proditu ʒ eſt ꝑmus
Noe plātauit vineā bibenſq̄ȝ vinuʒ illico inebriat⁹ eſt. Itaq̄ȝ nec vi-
nuʒ ſuo pepercit auctori. In Pentateucho q̄ȝ legim⁹ ebrietateʒ iceſti
cām fuiſſe. Cuʒ patrē lotopeā fuiſſe filię inebriaſſent, moxq̄ȝ ex ebrie-
tate ad inceſtuʒ cōcubituʒ infandūq̄ȝ illexiſſent Ex illo t̄pe mortales
vini feruor, ex feruore ebrietas, ex ebrietate inuerecundia, inceſtuʒ, fu-
ror inuaſit, Tunc temulentia varijs motibus, mentes hominuʒ cō-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

entere cepit, Ita vt aliȷ̃ fierent rixoſi et furentes, aliȷ̃ iocoſi, ac loquaces, aliȷ̃ ſomnolenti, aliȷ̃ lachrymabũdi. Etenim vinum eandem vim habet quam bilis atra variã ſcilicet et multiformem, ſuper qua re nobile eſt problema nobiliſſimi philoſophorũ Ariſtotelis, Unde videtur Oratius Flaccus illud mutuatus. O nata me cum conſule Manlio, ſeu tu querelas ſiue geris iocos, ſeu rixas, et inſanos amores, ſeu facilem pia teſta ſomnum Dionyſius qui vulgo Bacch⁹ quẽ Aethnici ſcriptores vini repertorem perhibent, cornutus figuratur non tam ꝙ boues cornigeros iugo copulauerit. vt Diodorus credidit quam quod ex vini feruore temulenti ad temeritatez procliuiter erigãtur fiantqȝ impetuoſi, et quaſi cornupete. Tunc pauper ſumit cornua, tunc humilitatis oblit⁹ erigitur in tumorem Quod vero Bacchuz inter deos relatum et vindemiatorẽ inter ſydera collocatum iactãticulus frater glorioſa predicatõe narrauit, nihil ſane id ad cauſaz ipſius fulcienda proficit. Aut ſi commenta poetica pro argumentis valent, valeat et illud. Quod Uenus noſtra clariſſimum ſibi in celo ſydus vẽdicauit, quod Uen⁹ inter celicolas dominat̃ cuius natura cuncta generant̃ in terris, quam almam quaz diuum hominumqȝ voluptatẽ celeberrimi conditores appellant. Ad hec Anacharſis ille, qui apud ſocordiſſimos Scythas ſapiẽs natus ẽ prodidit vitem vuas treis ferre, primam voluptatis, ſecundam ebrietatis, tertiam contumeliarum Aeſopus fabulator conſimile quiddam dixiſſe traditur. Celebre eſt illud ſapientis viri, ſiue is Aeſopus, ſiue Anacharſis ſiue alius quiſpiã fuerit, dictuz ſuper mẽſaz, prima inqt cratera ad ſitim pertinet, ſecunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatẽ, quarta ad inſaniam, Si quartum poculum potores reddit inſanos, quid quater quaterna: quid quaterdena pocula efficient, nõne ſupra omnem furorem, ſupra omnem inſaniã reddent inſaniſſimos: Atqȝ conſtat vinolẽtos homines quãto plus biberint tanto plus ſitire Et ex bibẽdi cõſuetudine augeri auiditatez Ut merito hoc gñs homines ad perdenda vina genti eſſe videantur. Nouellius Mediolanenſis

tribus cōgijs epotis vno impetu tricōgius cognominari nō erubu-
it, gloriā ſcilicet ex vitio foediſſimo captās, et cum omē vitium tanto
criminoſiꝰ ſit quāto maior eſt ille ꝙ peccat, qua nota, quo probro vel-
licādus pſcindendusqꝫ eſt Bonoſus Romanꝰ imꝑator, quē mira-
mur a fratre p̄teritū eſſe in mētione vinolentorꝝ, Qui bibit quātū
hoīm nemo, De ꝙ Aurelianꝰ dicere ſolebat, nō vt viuat natꝰ eſt, ſꝫ vt
bibat, qui quantum bibēdo turpiter ingeſſerat tm̄ meiendo turpius
egēbat, ꝙ ſuperatꝰ a probo cū vitā laqueo finiens ſe penſilem feciſſet
iocus innotuit. amphoraꝫ pendere nō hominem, proclamat. Solo-
mon, luxurioſa res vinū, et tumultuoſa ebrietas, quicunqꝫ his delec
tatur non erit ſapiens Idem interdicit ne ſimꝰ in cōuiuio potatorū,
Subriſimꝰ paulo an̄ iudices audiētes fratrē incōtinentes atqꝫ intē-
perātes appellātem eos, ꝙ aphrodiſia colunt indulgentqꝫ rebus vene
rijs citātemqꝫ Ariſtotelis teſtimoniū ex ꝓblematis, tanqꝫ Ariſto-
teles ſolos ακόλαστους και ἀκρατεισ id eſt intemperā-
tes et incōtinentes hoīes venereos mulierarioſqꝫ appellādos eſſe cen
ſeat Agedum recita queſo bone frater totū Ariſtotelicum problema
videbis te quoqꝫ eodē loco habendū eadem ſuggillatione notandū
eiſdē vocabulis nominādū eſſe, Etem̄ vt res tota iudices colliq̄ſcat
ſcribit inclytiſſimꝰ philoſophorꝝ, quinqꝫ eſſe hoīm ſenſus, per quos
voluptas queratꝰ, om̄emqꝫ ex his immodicā voluptatē, turpē atqꝫ
improbā exiſtiari, ſed em̄ inq̄t q nimia ex guſtu et tactu eſt. ea volup-
tas omnium rerꝝ fediſſima eſt, eoſqꝫ maxime qui duabus iſtis bellui-
nis voluptatibus ſe dediderūt incōtinētes appellare ſolemꝰ, tanqꝫ in
pecudum ferorum animalium numero habeatur quiſquis eſt his fe-
rinis voluptatibus deuinctus, Cū cetere ex tribus alijs ſenſibus ꝓ-
uenientes hominum eſſe tātum proprie videantur, Hec ſunt Ariſto
telica, hec ex promptuario philoſophico deprōpta, vbi nō minus vo
luptas guſtatus, qua haud dubie potꝰ, quoqꝫ cōtinetur, quā volup-
tas tactus cōcubituſqꝫ taxatur q̄ꝫ autem ridiculum ſit, id alteri op-
probrare quod in te ſtatim retorqueri poſſit nullus ignorat. Uerum

anteq̄ digrediamur ab huiuſce fediſſime vitioſitatꝫ inſectatiõe, ſub/
ijcimus opera ebrietatis vtentes nõ noſtris verbis ſed Plinianis, q̄
in ore in pectore omniuꝫ habenda ſunt dignaqꝫ que vbiqꝫ non ibi tã/
tum memorentur, ad caſtigãdam hanc inexplebilez bibendi auidita/
tem audite ergo Plinium in temulentie vitia ſic perorantem. Tunc
audi matronam oculi licentur tunc animi ſecreta proferuntur Alij
teſtamenta ſua nuncupant, alij mortifera loquuntur, redituraſqꝫ per
iugulꝫ voces non continent, qꝫ multis ita intereptis vulgoqꝫ veri/
tas iam attributa vino eſt. Interea vt optime cadat, ſolem orientem
non vident ac minꝰ diu viuunt. Hinc pallor et gene pendule, ocu/
lorum vlcera, tremule manus effundentes plena vaſa, et que ſit poe/
na preſens, furiales ſomni et inq̄es nocturna, premiūqꝫ ſummū ebrie/
tatis, libido portentoſa, ac iucundꝫ nefas, poſtera die ex ore halitus
fetidi, ac fere reꝝ omniuꝫ obliuio, morſqꝫ memorie. Rapere ſe ita vi/
tam predicãt cum priorem diem quotidie perdãt, illi vero et venien
tem. Hec Pliniana in temulentos peroratio, hec caſtigatio cenſoria
tã ſeuera, tam luculenta, tam vera, quem nõ reuocet ab ebrietate ad ſo
brietatez: a meracis potionibus ad dilutiſſimas aquatiſſimaſqꝫ, a vi/
naria cena ad prandium caninum, Quis haec audiens: quis haec
legens nõ repẽte temulentiã fugiat ac execretur: perinde quaſi vitio/
rum omniuꝫ fediſſimam, ſpurciſſimam, defamatiſſimam. Quis iu/
dex ea auctoritate, ea ſapientia preditus: qua vos eſtis, non e veſtigio
pronunciet contra ebrioſuꝫ cõtraqꝫ ebrietatem, ſed iam tẽpus eſt ca/
nere receptui ne dum vicem talionis implodimus, dum fraternam
taxationez retaxamus, dum mutua flagitij exprobratiõe par pari re/
ferre ſtudemus, immodici atqꝫ immoderati fuiſſe videamur. Adno/
taſſe iam vos iudices iãdudꝫ credimꝰ aliquanta nos que obiectaue/
rit frater, irrefutata irrepercuſſaqꝫ quaſi diſſimulãter preterijſſe. Ita
eſt iudices, nec inficias imus Nam eius tantum eſt, qui ſe impecca/
bilem et vt greci dicunt αναμαρτητον oſtendere velit, probra
et criminatiões ſingillatim diluere atqꝫ refellere. Nos vero noſtras

Philippi Beroaldi de tribus fratrib9

noxas, noſtra flagitia neq; inficiamur vt inſontes, neq; excuſamus vt multi, neq; iactamus vt frater Feduz eſt, turpe ē ludere et fornicari. erubeſcendum nomē eſt meretricarij et aleatoris. Crimē vtriuſq; noſtrum infame, detrimentoſuz reprehenſibile eſſe nō negamus, atq; etiam vltro profitemur ſed vitioſitatez fraternam noſtre vitioſitati, noſtriſq; flagitijs aſſerimus eſſe anteponendam. Diximus ex ebrietate nō ſoluz famam et opes labefactari, quod in nobis potiſſimum carpſit frater, ſed mentem animuz ſenſus omnes concuti, mutari, pturbari, euidentiſſime docuimus, qua feditate nil fœdius, q̄uō nil vitioſius eſſe aut dici poteſt. Oſtendimus quātas clades, exitia, funera mortalibus ebrietas intulerit. catalogo quoq; quaſi quodam per exempla, per auctoritates, per dicta nobilium cōditorum decurrim9 indicātes quēadmodum temulentiam omnibus ſeculis ſupra omnē vitioſitatez damnata conſciſſa infamata ē. Quod ſuper ē veſtrę prudentię eſt iudices, veſtręq; grauitatis diligenter crimina noſtra penſitare, et velut in librili collōcata perpendere, et quem ex nobis tribus turpiorem fediorem q; iudicaueritis, in illum pronūciare. Nihil em̄ veremur, quin ſecunduz nos pronuncietis, quin vobis qui ſapientiſſimi eſtis, idez videatur, quod tot ſcriptoribus celeberrimis viſuz eſt. quod rationes ſuadent, exempla corroborant, ſenſus communis affirmat. Itaq; cām noſtram iudices fidei veſtrę prudentięq; committimus, et ſi aperte cognoſcitis, ſicut profecto noſtis, ebrietatē lōge fœdiorem eſſe atq; vitioſiorem, exheredate queſumus fratrem, et nos iudicio veſtro liberate, ſententijs abſoluite, vt hereditate paterna beneficio veſtro perfruamur, Diximus

¶ Finis,

¶ Dauentrię ex officina accuratiſſima Albti Pafraed
Anno ſalutis noſtrę Milleſimo quingente
ſimo decimo ſeptimo menſe Fe-
bruario, .:. .:.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75



[illegible] quare non sit timendum mori [illegible]
[illegible] non est [illegible] in terris [illegible] ad [illegible] locum [illegible]
[illegible] desiderant [illegible] a corpore, et sic ascendit ad locum [illegible]
[illegible] magis debet optare mortem quam vitam [illegible]
[illegible] non datur in hac vita, [illegible] in alia vita post mortem
Justi ergo magis desiderant mortem quam vitam ut possint recipere suum laborem [illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 75